



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

6. Dies Octob. Ubi Deus Magister est, quàm citò discitur, quod docetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Deo primo
numero, si
qui man-
famulare-
d quem fin-
centum au-
um illius di-
ageres? Elle-
cetile aliquo-
merito? Re-
xiomata, qu-
citetur calo-
possumus im-
peri: Et ill-
esse Deum, o-
Non attenda-
offes facies;
s. Homo suu-
es, omnia p-
Romualde, p-
tum con-
sidereris?
ia. Nonnè ut olim discipulis, (a) sic modò nobis
meritò exprobraverit incredulitatè nostram, & du-
ritatem cordis Christus, quia his qui viderunt, non
credimus. O incredulitas exitiabilis! O durities cor-
dis detestabilis! non credere tot expertis, non assen-
sunt tantæ fidei viris, tanti nominis Divis! Quæ cùm
omnes unà voce prædicent, semitam in cœlum an-
gustam, viam asperam, nos tamen quærimus latam,
ingredimur planam, & plus credimus nostræ temeri-
tati, quam ipsi Deo, ipsi veritati. (b) Contendite, in-
quit, intrare per angustum portam, & Quomodò ergò
poterunt, qui non contendunt? aut quomodò conten-
dunt, qui contendendum non credunt? aut quomodò
credunt, qui non satagunt? certè non satagunt, qui
non aliter contendunt, qui ita quiescunt, qui visâ tan-
gulorum contentione, audita contentione difficul-
tis, intellecta difficultatis necessitate, turpiter ster-
runt; & vix stare curant, cùm stare tamen, quin defi-
dat, posse neminem audiant. Aut ergò tales necesse
est Deo ipsi detrahant fidem, aut suam desperent salu-
em, qui tam expressam spernunt monitionem. Ne
in illo tuo tam laudabili curriculo retardet diffi-
cultas, & labor, cogita bravium, suspicere cœlum, obji-
ctibi gaudium.

Quantum gaudebunt, quos gaudia summa replebunt.

6. DIES OCTOB.

Ubi Deus Magister est, quam citò discitur, quod datur. S. Leo Serm. I. de pœnitent.

Ddd 4

I. Uc

(a) M.16. (b) Marf. 7.13.

Intellectus I.
reformatio.

UT sis homo novus, neceſſe
se tibi ſit magister, Ho-
Deus. Illo te docente,
te ſub illo dicente, qui anteā eras diſcipulus
rorum, evades Magiſter Virtutum. Diſces
benē vivere, docebis alios benē agere. Primi
bi volenti te totum innovari, ſit cura, refor-
me intellec̄tum, qui inter facultates Aui-
mī, principatum. Rationem quāris? in promptu
Quia qualis eſt intellec̄tus, talis eſt reliqua tota in-
tellectualis creatura, talis eſt & Voluntas, talis uterque
appetitus, tales affectus, tales oculi, talis lingua, talis
denique totus homo interior. Ab intellec̄tu nu-
quām à Reſtore civitatis, ſive tanquam à Patre fami-
lias, ſic pendent omnia, ut quantum Intellec̄tus de-
ritatibus fuerit perſuasus, tantum de illo, ac de cœtu
cujuscumque hominis partibus, dici poſſit illud
Evaŋelicum. (a) Credidit ipſe, & domus ejus tota. To-
ta ſe conformabit Intellec̄tui. Eſt Intellec̄tus con-
ſiliarius Voluntatis, prout enarrat, prout horſatur, pu-
ut nūt ille, ruit penē iſta. Voluntas, velut virgo po-
dica in claſtris, nihil per ſe videns, nihil audiens, iſi
quod unus famulus renuntiet, dicta credit omnia; in
ſolūm ſequitur Voluntas fidem Menti, ex cuius
&o praecipuum momentum tranquillitatis ſuſpeſ-
tur, ſi veridicus ſit nuntius, nec falſis rumoribus in-
ſtet pacem cordis.

II. Duæ ſunt januæ miferiæ, aut quia pefſime
dicamus, aut quia amamus. Ne pefſime amemus,
opus eſt intellec̄tum veridicis cogitationibus orare,
& tantum non onerare, ut in promptu ſint. Oponet
III.

(a) Ioan. 4. 50.

itaque habere copiosum præclarorum axiomatum apparatum, & veriatum suppellestilem, & magnifica sensa animi. Gemmæ gestantur adversus pericula, & casus : gestentur adversus casus fortunæ, & discrimina animi, si non Christiani, saltem Philosophici sensus. Occurrit menti lacero suggestu, lugubrique supercilio Paupertas. Obveniat illud Secundi Philosophi ; Paupertas est sanitatis mater, curarum remotio, sapientia repertrix, negotium sine danno, possessio absque calamitia, sine solicitudine felicitas. Occurret infatiabilis habendi cupiditas ? oppone illud Eucherii. (a) Melius est nolle quæ non habeas, quam habere quæ velis. Perstringet te suo fulgore aurum ? Obscurabitur hoc D. Ambrosii pronunciato. (b) Aurum si diligentius tractes, foru pretium, intus metallum est. Instigat te dignitatis cupido ? Occurrat statim illud Salviani. (c) Quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto ? Alliciet te falsa libertas ? Repulsam patietur ambitio tua, si occurrat, illud Senecæ. (d) Liber animus est, ac erectus, alia subjiciens sibi, se nulli. Titillat te in muliere formæ venustas ? oppone illud Secundi Philosophi. Mulier est hominis confusio, insatiabilis bestia, continua sollicitudo, indeficiens pugna, viri incontinens naufragium, hominis mancipium. Ita cupiditates oportet mansuetacere familiaribus rationibus, ac veritatibus affuetis in procinquo ad omnem fortunæ libidinem.

III. Hoc pacto velut flores aliqui sequuntur somorem, affectus pulchri convertuntur ad lumen Rationis, sequentes verum. Sed multum acuitur Intelle-

Ddd 5

ctus

- (a) De contemp. (b) l. 5. Epist. 31. (c) Ad Ecc. l. 2.
(d) Epist. 126.

Etus Virtute: Nullus enim esse tam perspicax intellectus potest, qui vitiis dominuantibus non hallucinatur, & in varios errores non prolabatur. Nam deus perinde, ut afferim sumus, judicamus. Hinc opinionum portenta, hinc sectarum divertia, hinc Hesitorum turbulenta dissidia fluxerunt, quæ enim quisque appetebat, sic ad ea præceps amentia ferebatur, ut cum esset flagitosissima, tamen sancta esse opinetur, & crederet: nam facile quæ volumus, credimus, nec cupiditatem Rationi, sed Rationem cupiditati parere cogimus. Ergo morum corruptelam, tanta mentis est cæcitas consequuta, ut nefariis sceleribus, non impunitas modò, sed Divinitas sœpè sit tributa: siquidem amorem illum, quo homines turpissimas voluptates inflammato animo concupiscunt, Deum summum Poëta Cæcilius appellavit. Contra, qui sobrii, qui temperantes, qui verecundi, qui casti, prudentissimè loquuntur, latenterque eruunt Veritatem. Ex quo efficitur, ut temperatione corporis valde proficiamus in scientiis, compressis illis partibus, quæ nimio cibo, & potionе immoderate exultare, immodeceque jactari solent. Saluber enim, & moderatus cultus, & virtus teste Socrate, animi partem illam, quæ mentis, & consilii est, agitat, exfuscat, erigit. Contra verissimum est illud adagium. *Plauso ventus non studet libenter.* Concordat cum illo adagio, Poëtæ axioma.

Ebris atque satur, nunquam bene philosophatur.

7. DIES OCTOBRIS.

Non hominibus tantum sed & rebus persona demanda est, & reddenda facies sua. *Seneq. Epist. 24.*

N